



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Frvctvosvs E. M. 21. Ianuarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

52 *Vite Sanctorum.* 27. IAN.
ros, & præco futurus. Ibi Martyr à fla-
gris, flammis, ferisque innoxius, no-
centi tandem carnificis ferro cecidit,
monuitque non mentiri poëtas, qui ex
Olymbo ad cælos esse aditum canunt,
Ex Martyrologio Rom. & Menæis Græcis.

S. FRVCTVOSVS E. M.
21. Januarii.

Iabant ab Æmiliano Præside missi li-
ctores, qui FRVCTVOSVM Tarra-
conis Episcopum in vincula abriperent.
Non fugit hic, sed bonum se pastorem
probaturus obviam etiam ivit lupis.
In carcere verò constitutus signum sci-
licet exspectavit, quo currere ad im-
mortalitatem juberetur. Iamque feria
VLaderat, quâ Christus ipse martyribus
mappam misit, cum FRVCTVOSVS
duobus stipatis comitibus ad rogum
cucurrit. Ex itinere oblatum à piis hau-
stum Christi exemplo respuit, jejuniū
sui etiam in morte tenax. Nudis pedi-
bus flammis tamen insultavit, atque
inde veluti pro rostris Christianos est
adhortatus, oculos in æternitatem defi-
gerent, non cruciatus breves. Iam vin-
cula flammis soluta manus solverant,
cum FRVCTVOSVS, explicatis in cru-
cem brachiis, cælum spectare, cælum
precibus pulsare. Et ecce panditur hoc,
& Martyres (spectantibus triumphum
impiis) inter flamarum globos, ad
cælum

A N.
fla-
no-
cidit,
ui ex
unt,
recis.
4.

i li-
arra-
rent.
orem
upis.
n sci-
im-
feria
ribus
OSVS
um-
hau-
ejunii
pedi-
ntque
os est
defi-
vin-
rant,
a cru-
um-
hoc,
ohum
s, ad
alum

21. IAN. *Vite Sanctorum.* 53
cælum evolarunt, coronis omnes in-
signes, indeque rident admotas nec
quicquam à judice machinas. Tam il-
lustrem itaque rogum non aquâ sed
mero diluendum duxerunt Christiani;
sed distinguere laborantibus sacra ossa,
è cælo FRVCTVOSVS adfuit, vetuit-
que terris disjungi, quos cælum junxit-
set. Ex Surio.

S. MENRADVS MART.

21. Januarii.

Fuit MENRADVS Suevici sanguinis
comes. Tirocinium melioris mili-
tiae in Asceterio (Augiam Divitē dixe-
re) posuit. Mox ex tirone miles, ex mi-
lite Dux castra in Eremum movit, sem-
per inclitus victoriis ab orco reporta-
tis; qui tam densâ quandoque acie ca-
sam oppugnavit militis nostri, ut suam
diei cum sole lucem eriperet: sed sol-
vit oppugnationem unicus bonus ge-
nius Custos MENRADO datus, qui
cum alias sepè, tum precanti imprimis
visendus adfuit. Ita vitam solam agenti
in annum XXVI. latrones gemini su-
pervenerunt, quos ipse, quamvis cogi-
tati facinoris minime ignarus, benignè
& accepit & habuit. At illi secundum
sacrificium & preces, hospitem suum
necant ingratissimi, & ponè caput ce-
reum, uti vivus petierat, statuunt. Is
suâpte vi accensus, & jam decrescens,

D 3 cùm